

Mani die leryhu 3 Brücke =

(= 44) 1) Sacrobüste, Johannes de

Sphaerionem opus certum.

[Leipzig: bei Walter des Capellans, 1485-1489]

Hain. X 74 295

BMB. III, S. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Mafleris (nicht: Vitorius?)

De veritate et philo lethe

Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain. 24942

Hain X 15929, BMB III S. 632

BMB
III,
S. 623

3. Tibullius Albinus:

Ec. 8

Elegia de amore et lani Eximio Messalae

(= 46)

Leipzig: Konrad Kachelofen. nicht nach 44 S 27



Carmen

DE SALVTIFE=
RA DOMINI RE=
DEMTORIS ET SERVA-

toris nostri Iesu Christi Dei &
Mariæ filii natiuitate

Scriptum

ab

*Isaaco Gregorio Serue-
stano.*




SERVESTÆ,

Excudebat Iohannes Schlier Anno 1598

Handwritten blue ink number: 29480

9





Suppliment
ab
Hans Grotzschmann
Hans

Hans Grotzschmann
auf dem ...



DIGNITATE PRÆSTAN-
TISSIMO, DOCTRINA ET VIRTUTE

ornatissimo Dn. M. Baltharao Kiefvettero, illustris
Gymnafij Soraborum Profefiori S. P. D.
felixque noui anni auspiciū à Deo
precatūr.



Vanquam fingulis diebus de admirandæ natiuitatis
Chrifti cauffis cogitare debemus: tamen inprimis id
faciendum eſſe puto, eo ipſo die, quo memoria natalis
Domini noſtri Ieſu Chrifti repetitur & celebratur.
Hoc enim die rãtis cumulati ſumus beneficijs, vt ho-
rũ laudes neq; verbis neq; dictis, nec vlla aliqua ratio-
ne exprimi poſſe videãtur. Quis enim non fateatur, hoc maximum
& præcipuum eſſe donum, quod filius Dei, imago & ſplendor patris
in hanc ærumnoſiſſimam naturam ſeſe demiferit, & noſtram car-
nem in vtero caſtiſſimæ virginis Mariæ aſſuſerit, vt nos à peccatis
& morte æterna liberaret, & nobis iuſtitiam & vitam æternam re-
ſtitueret? Quis hominum? quis inquam Angelorum his excellen-
tiſſimis beneficijs nos afficere potuiſſet? Quare non mirum alicui
videatur quod carmen hoc qualecunq; de Domini & Saluatoris na-
ſti Ieſu Chrifti natiuitate, cui dicis cauſa additus eſt Pſalmus 111.
& de Ode IV. Horatij in Elegiacum genus mutata: (non quod
etiam ad huius feſti celebrationem pertinerent, ſed quod tamen De-
um, tanquam fontem Muſarum & bonorum quocunq; tandem mo-
do celebrarent) exarauit, & in lucem edidi.

Cum autem honeſta ſit conſuetudo inde vſq; ab antiquiſſimis
temporibus ad nos propagata, vt ſub patrocinio virorum auctorita-
te ac virtute præſtantium publici iuris fiant ſcripta, quæ honeſti co-
natus aliquod argumentum præ ſe ferunt te mihi tanquam patronũ
& Mœcenatem diligendum potiſſimum eſſe putauit, Vir clariffime
& doctiſſime, cui hoc carmen dedicarem ac conſecrarem, cum non-
nullo teſtificatione obſeruantia erga te meæ. Quod igitur ſuper eſt,
vir clariffime, vehementer etiam atq; etiam te rogo, vt hoc obſeruan-
tia erga te meæ pignus boni conſulas, & vt hoc quamuis exiguum
in unus, benigno tamen vultu accipias, noſtrisq; Muſis quod facis,
faucas. Vale.

Isaac Gregorius Serueſtanus.



IN NATALEM IESU
CHRISTI.



Vnc iterum hanc lucem reuo-
luto temporis orbe
Sol reuehit nobis, casta qua
virgine natum
Verbum mortali lustravit i-
magine terras.

Salue festa dies, rapidi quam Solis ab ortu,
Solis ad occasum credentium exercitus ornat.
Te veniente, sonant alacri mox omnia plausu,
Aligeriq; canunt iuvenes rutilantibus alis,
Latitia nemus omne fremit, rus omne triumphat
Et iuga montis ouant, & colles gaudia ducunt.
Dicamus bona verba, simul letemur ouantes:
Quisquis ades latam hanc ad caelos euehe lucē:
Vos magni proceres triplici quibus agmine cin-
gunt

Aurea ferta caput, tegit artus flamma Pyropi
Tollite laude diem: meritas diffundite laudes
Conscripti patres: o vir mulierq; sonate
Cantica! tu iuuenum grex floride, tuq; puella
Grandaeiq; senes hymnos nunc pangite sacros.
Illa dies hac est, vestra qua pondera noxae

Soluit,

Soluit, & offensi placavit Numinis iram,
Atq; iterum eripuit stygijs è faucibus Orci
Nos homines: hac luce polo dilapsa reuisit
Iustitia humanum genus, & pax leta reuixit.
O quã tristis erat status olim, ubi spicula mortis
Nondũ fracta forent, nec erat spes ulla salutis!
Quocũq; aspicerent, nil quam lamẽta videbãt:
Vndiq; erãt cura, dolor vndiq; & vndiq; plãct 9
Latitia, passim & choreæ, cantusq; latebant.
Nunc postquam cœli productus venit in auras,
Qui genus humanum tristi reuocauit ab Orco,
Vndiq; latitia est, vita vndiq; & vndiq; sens 9.
Atq; vigent passim plausus, & carmina vocũ.
Dicimus ò meritas toto tibi pectore grates
Nate patris summi, qui tanta lucis es auctor.
Da veniam nostro sceleri: peccasse fatemur
Quasumus, ò nostris depelle à finibus hostes
Vesana mq; famem, & miseranda tempora pe-
Sic tua perpetuos florebit fama per annos, (stis.
Atq; huius lucis semper celebrabitur ortus.

PARA.

PARAPHRASIS
PSALMI III.

Heu quanta odijs me exercent turba
nefandis,
Quanta suas in me producunt agmi-
na vires.

Adluēt autem animam duro sic ore loquuntur:
Nūc tibi nulla fuga est mortis, via nulla salu-
tis, (Umbras.

Sed tu summe Deus prestas mihi tegmen &
Qui caput abiectū hoc ad honores tollis auitos,
Clamorē ad Dominū cū supplice tollo querela,
Clamanti ille fauet celso de rupe Sionis.
Nocte fugante diē, placida do membra quieti,
Sed redeunte die, simul illa quiete revoluo,
Nā Deus incolumē me tēpus in omne reseruat,
Si latus aduerso nullum mihi cesset ab hoste,
Non vltum pro me capiet cor acre timorem.
O mihi presidio vastis te viribus offer
Summe Deus, spes sola anima et fiducia nostra!
Hostis enim malas pulsasti verberis ictu,
Et pietate rudis fregisti saepe molares.
In te sola Deus residet spes certa salutis,
Nam tua me largo leuat indulgentia fructu.

ODE

ODE IIII. HORATII. MYRTA
ta in Elegiacum genus.

Cedit hyems, & soluit humum grata amica
Fauonij

Pacatiq; maris nauita sulcat aquas.
Liquit ouis sua septa, focū moderator aratri,
Obsita nec tristi sub niue rura latent.
Iam Venus indulget media de nocte chorais,
Et nuda Charites implicuere manus.
Exercent ferrum vasto Cyclopes in antro,
A lternosq; leuant per sola pulsa pedes.
Iam decet aut viridi frontem praeingere myrto
Aut viola, tellus quam resoluta parit.
Eas etiam in syluis Satyro Libamina ferre
Agnam siue velit, seu gregis esse virum.
Pallida mors a quo pede textas fronde tabernas,
Atriaq; ex Pario marmore structa petit.
Publica sors aui prohibet spes carpere inanes,
Nam breuis in terris, nec bene tuta mora est.
Mors quasi vi somni iam iam tibi lumina
claudet,


Et nisi sunt vanum nomen Auerna coles.
Nec iactis talis sortitus regna Lyci,
Velabis nitidis tempora cincta rosis.

FINIS.

Fa 1388,
80

Ink.

[Faint blue ink scribble]



armen

LVTIFE=
MINIRE=
IS ET SERVA-
 Iesu Christi Dei &
 filii natiuitate

riptum
ab
gregorio Serue-
tano.

VESTÆ,
 nes Schlier Anno 1598

Handwritten in blue ink:
 2980

